

*25. Instrumentum transactionis
et concordiae tra Ruggero
Piscitello di Potenza, da una
parte, e la sua ex nuora Cristiana*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*25. Instrumentum transactionis
et concordiae tra Ruggero
Piscitello di Potenza, da una
parte, e la sua ex nuora Cristiana*

1309-06-08

(c. 146r) Anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo nono, regnante domino nostro Roberto Dei gratia gloriosissimo Ierusalem ac Sicilie rege, ducatus Apule# et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum eius anno primo feliciter amen, die octo <sic> mensis iunii, septime indictionis, apud Potentiam.

Nos Iacobus de domino Guillemo de David iudex civitatis Potentie, Bernardus de Connestabulo puplicus eiusdem civitatis Potentie notarius et testes subscripti licterati de eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti puplico scripto notumfacimus et testamur quod dum quedam lis seu controversia verteretur seu verti speraretur inter magistrum Rogerium Piscitella civem Potentie, ex parte una, et Cristianam mulierem, uxorem Ioannis de Sella testoris, q(uondam) n[u]ru(m) ipsius magistri Rogerii, civem eiusdem terre ex altera, de subscriptis bonis et rebus existentibus in eadem terra Potentie, in eius pertinentiis, videlicet: domo una in viatico porte de Amendola, ab uno latere cuius tenet Ioannes de Offitio mediante pariete et muro comunibus, a secundo latere tenet Silvester de Sartano mediante quintana comuni et siqui alii sunt confines; medietate duarum petiarum terrarum que tenet pro indiviso cum Andrea Piscitella, una ipsarum petiarum terrarum est in contrata Vallonis de Sorbo, cuius hii sunt fines: ab uno latere tenet hospitale Santi Ioannis, a secundo latere tenet Ylarius de Bigio et siqui alii sunt confines; et reliqua petia // (c. 146v) terrarum ipsarum est in contrata Vallonis de Lupo, ab una parte cuius tenet Iordanus de Gaudiano, a secunda parte tenet filia quondam Riccardi de Santa[...] et siqui alii sunt confines; ac quibusdam

aliis suppellectilibus, axiamentis et regiminibus domus que fuerunt quondam Riccardi filii dicti magistri Rogerii et successive quondam Rogerinifilii quondam dicti Riccardi et ipsius Cristiane, que dicta Cristiana tenebat et possidebat ratione successionis dicti quondam Rogerini filii sui, cui dicta Cristiana successit et succedere potuit et voluit ut proximior et heres legitima. Dictusque magister Rogerius asserebat bona ipsa ad se spectare alia iura allegatis satis adserentia iuri; domum, comunibus amicis et consanguineis hinc inde se immiscentibus ad hanc transactionem, pactum et concordiam voluntarie et amicabiliter pervenerunt coram nobis predictis iudice, notario et testibus subscriptis, videlicet: quod dicta Cristiana mero iure Romano vivens, sicut ceteri homines et mulieres Potentie ab antiquo vixerunt et vivunt sponte, nomine dicte transactionis, pacti et concordie dedit, tradidit et assignavit de eisdem bonis eidem magistro Rogerio, recipienti nomine dicte transactionis, pacti et concordie, predictas medietates dictarum duarum petiarum terrarum pro indiviso, dans et tradens dicta mulier eidem magistro Rogerio et eius heredibus liberam et plenariam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, dandi, permutandi, necnon et quocumque modo voluerint alienandi medietatem predictam pro indiviso dictarum terrarum; et antedictus magister Rogerius non vi, metu, dolo, nec aliqua suasionem ductus, sed sua bona gratuita et spontanea voluntate predictae Cristiane pro se et suis heredibus recipienti remisit, // (c. 147r) cessit et renunciavit omni iuri et actioni quod et quam habebat, habet seu habere poterat ex quacumque causa in et super bonis predictis, quocumque nomine vel modo et nichilominus de non veniendo contra predicta vel predictarum aliquod. Itaque tactis

Sanctis Evangeliiis illis corporale prestitit iuramentum
semper predicta omnia et singula perpetuo firma et rata
habere, tenere et custodire, obligantes se sollemniter
dicti contrahentes et eorum heredes ad penam quatuor
unciarum curie <se> ullo unquam tempore <venire> per
se vel alios contra predictam transactionem, pactum et
concordiam, in iudicio vel extra venire, de iure vel de
facto, medietate dicte pene parti lese et reliqua medietate
regali curie dictis partibus pro se et eorum heredibus et
me prefato notario pro parte dicte curie stipulantibus,
predictis omnibus ratis et firmis perpetuo permanentibus.
Unde ad futuram memoriam et utriusque partis cautelam
facta sunt exinde dua puplica consimilia instrumenta ad
rogitum et requisitionem partium earundem per manus
mei qui supra notarii, signo meo solito, subscriptione
mei qui supra iudicis ac nostrum subscriptorum testium
subscriptionibus roborata, quorum altero dicto magistro
Rogerio et reliquo dicte Cristiane traditis.

1

2

3

4

Quod scripsi ego idem Bernardus de Connestabulo
puplicus eius civitatis notarius quia predictis interfui et
meo signo signavii. // (c. 147v) Ego Iacobus de domino
Guillemo de David regius iudex Potentie qui supra Ego

Macchia di inchiostro in S

*Così S verosimilmente per aliis iuribus allegatis satis a scientia
iuris*

Così S verosimilmente per demum

Così S verosimilmente per auri

Nicolaus de Lacupensuli testis sum Ego Marcus de Bigio
interfui Ego Coronatus Strambus interfui